



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De multiplici qua aduersarij nos tentant. Cap. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Leo ser. I.  
Quadrage-

hac occasione stimulum carnis tentantis sentiret, ob-  
uium habuit sanctum Ioannem Baptistam, qui in vi-  
sione illi apparens, ter ipsum signo crucis signauit, &  
statim dixit: Cede mihi, presbyter Conon, vole-  
bam te pro hac pugna mercede donari; sed quia non  
vis, ecce abstuli à te hoc bellum, mercede autem hu-  
ius operis carabis. ] Tentatio ergo coronam parat,  
quæ soli victoriae promissa est, hanc autem quis sine  
pugna obtinebit? Certè nullus: vt enim dixit Leo  
Papa: Nulla sunt enim sine temptationum experi-  
mentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fi-  
des, nullum sine hoste certamen, nulla sine congre-  
satione victoria. Vita hæc nostra in medio infidatio-  
rum, in medio præliorum est; si nolumus decipi, vi-  
gilandum est, si volvimus superare, pugnandum est. ]  
Tentatio cursus est, quem qui diligenter confecerit,  
ad mercedem destinatam perueniet.

Dani. 10.  
19.

Psal. 65.  
12.

Has omnes vtilitates & alias innumeræ, quæ pas-  
sim à patribus explicitantur, tentatio tentatis afferit,  
sed tentatio viæ, & per grariam Domini proculata:  
nam si nos temptatione illidamur, non hæc bona,  
sed opposita mala consequemur. Tentatio enim  
vincens & turpans animam, non eam illuminat, sed  
obscurat; non purgat, sed fecundat; non fidelem Deo,  
sed infidelem monstrat: non præferuat, sed in malum  
præcipitat: non fiduciam in Domino, sed despera-  
tionem immittit. Tentatio, quæ animam superat,  
segnitatem efficit, non feruorem infundit: puerilani-  
mitatem, non humiliatem afferit: pudorem, non  
amorem accedit: egestatem, non diuitias operatur:  
vitia, non virtutes notificat. Hæc non facit nos ma-  
gnos, sed ostendit fidelitatem & amore pusillos: non  
Deum glorificat, sed ad indignationem provocat:  
non Christo à quo discedimus, sed diabolo, quem  
peccando imitamus, assimilat. Hæc tandem animam  
peccantem cōtristat, alios casum scientes scan-  
dalizat, & præripit promissam victoriae coronam. Quod  
si quis aliquam vtilitatem ex temptatione eum vin-  
cente, decerpit, non eam peccatum conferit, quod malum  
est & fons omnium miseriærum; sed Dominus,  
qui summè bonus est, & ex malis bona elicit, ex casu  
nostro occasionem captat, vt sicut nos pro bonis ma-  
la, ita ipse pro malis bona retribuat. O tu igitur, qui  
spiritualem vitam colis, & in celum conuersatione  
pergis, & virtutis gustu delectaris, confortare, & esto  
robustus, ] vt in præmium victoriae coroneris. ] Ad  
hoc enim tentari permitteris, vt in hac vita prædictas  
vtilitates capias, sine quibus vera virtus non subsistit,  
& vt in futura cum sanctis, & iustis hominibus tua-  
rum victoriarum mercedem accipias. Intuire tem-  
pationem tibi permisam, vt beneficium Dei, & pro  
ea, tanquam pro beneficio gratias age, & eam diuina  
gratia adiutus, non in malum tuum, sed in profec-  
tum animæ victoria conuerte. Tunc intelliges  
illud: Transtiuimus per ignem & aquam, & eduxisti  
nos in refrigerium; quoniam igni concupiscentia, &  
aqua despectionis probatus, & illo igne purior, & ista  
aqua humilior effectus in refrigerium, id est, in cordis  
latitudinem, extolleris.

### De multiplice via, qua aduersarij nos tentant.

#### C A P V T I X.

**D**VÆ sunt causæ, ob quas temptationis impul-  
su fecerunt altera est defectus cognitionis,  
altera vero imbecillitas affectionis. Ille  
nos inficit, quia dum temptationem ignoramus, & bo-

A nam cogitationem esse putamus, illi absque metu  
contrahenda peruersitatis adhærescimus; ista vero  
nos deicit, quia hosti potenter irruenti nequaquam  
resistimus. Huic postremo malo satis in superioribus  
consultum est, quæ omnia ad hoc tendunt, ut af-  
fectum aduersus insulsum aduersariorum roboret;  
nunc primo nostrorum casum fonti, scilicet igno-  
rantiae prosciendum, quam multiplicium tentatio-  
num, quæ animam profectu spoliare solent, declara-  
tio repellit. Ac primò septem viæ, aut rationes ten-  
tandi aperienda sunt, quibus aduersarij nos aggre-  
diuntur, & vniuersa temptationum genera compre-  
hendunt. Diabolus enim, & alij hostes nostræ salu-  
tis, vt Ricardus Victorinus, & Dionysius Richelius  
contemplati sunt, primò nos tentant temptatione im-  
portuna; secundò temptatione dubia; tertio tentatio-  
ne subita; quartò temptatione occulta; quintò tentatio-  
ne violenta; sextò temptatione fraudulenta; septimò  
temptatione perplexa. Hæc virtute Domini supe-  
randas pollicetur Regius vates, dicens: Scuto cir-  
cundabit te veritas eius; non timebis à timore no-  
cturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu & dæmonio meridi-  
ano. Cadent à latere tuo mille, & decepsi millia à  
dextris tuis. ] Ab his quidem temptationibus libera-  
mur, dum notione eorum imbuimur, & diuina vir-  
tute protegimur. Lux ergo nunc coelestis assistat, &  
harum temptationum qualitates aperiat, & ex luce ad  
calorem, id est, ex cognitione ad pugnandi dexteritatem  
procedens, nos perficere diuina virtus eruditat.  
Tunc sanè sciemus, quoniam septies in die cadit  
iustitia & resurgit:] quia saltem in rebus leuius saepe  
hac multiplici temptatione ligatur, & potentia coelestis  
virtutis erigitur. Tunc quisque propter septempli-  
cem liberationem dicet: Septies in die laudem di-  
xi tibi, propter iudicia iustitiae tuae.] Verè enim iudi-  
cia sunt iustitiae simul & benignitatis, si hostis iniuste  
animam impetrans, iniuste cadat; & si anima miserabiliter  
patiens, benignè se liberatam intelligat. Ut exper-  
riatur illud, quod sibi dictum est in Job: In sex tri-  
bulationibus liberabit te, & in septima non tanget te  
malum.] Nam septem istæ tribulationes, septem præ-  
dictæ temptationes sunt, à quibus nos diuina misera-  
tia, si volumus, adhibitis auxiliis, puros illibatoque  
custodit.

D Prima igitur tribulatio sive temptationis, quæ impor-  
tuna dicitur, illa est, quam à memorie nostra oculis  
amouere vix possumus, sed semel amota, iterum ad  
animum redit, & pene omni hora ipsum inquietare  
non desinit. Talis esse folet in multis tentatio inuti-  
lium cogitationum, quæ in omni loco & tempore, &  
in quacumque occupatione constitutis inuercundè  
se ingerunt, & mentis puritatem impediunt. Iam  
præuenient rei concupiscentiam, iam sub rei  
præsentiam exacutum concupiscentiam, iam subtraicta  
rei præsentia ipsius absentis recordatione molestant.  
Et sicut acuta, & continua febris omni hora mem-  
bra depascit, & corpus hic illucque mouet, & nu-  
quam manere permitit, ita temptationis importunitas  
omnes studiosas actiones, tanquam spiritalis vita  
membra discindit, & miseram animam à tranquilli-  
tate diuellit. Quam temptationem sanctus Job pul-  
chre describit, cum ait: Lapidès excavant aquæ, &  
alluvione patlatim terra consumuntur: & homines cr-  
ego similiter perdes.] Quid durius lapide: Quid mol-  
lius aqua: Et tamen dura molli laxa cauantur aqua:  
Quia videlicet importuna temptationis, licet nil violen-  
tia habeat, per importunitatem vincit, & robustam  
mentem ad prauitatis confusum illidit. Et, vt Gre-  
gorius ait, paulatim venit in mentem, & resistentem

Ricar. in  
Psal. 90.  
Diony. li.  
de reme-  
diis tem-  
tatio. art.  
8.

Psal. 90.  
5. 6. & 7.

Prou. 24.  
n. 16.

Psal. 118.  
n. 164.

Iob 5. n.  
19.

Iob 14.  
19.

Greg. 12.  
mor. c. 13.

animum

3. Reg. 11.

Psal. 139.

3. Psal. 55.

2.

Iob 20.2.

Psal. 106.

40.

3. Reg. 18.

21.

animū lenibus suggestionibus inficit; & omnes in eo vires iustitiae, nō nimicite sua, sed assiduate confūmit.] Annon Salomon omnī hominū sapientissimus, hac fuit tentatione consumptus, qui cōsuetudine mulierū assidua mentē à suo creatore se iunxit; & ad consummatam perfidiam deuenit: Ita multi tentationis alicuius importunitate mollescunt, & molles effectū à proposito amata puritas defiscunt. Qui cū se vident ob ignominiosum casum reprehēnū, nō sūt paucilā limitati, sed demonis importunitati tantum malum ascribunt. Dicuntur: Cogitauerunt iniuriantes in corde; tota die constituebat prælia.] Itemque & illud: Quoniam conculcauit m̄ homo: tota die impugnans tribulauit me.] Quasi aduersus assiduum impugnationem, scutum veritatis deficeret, & non nos diuinā etiam protectionis assiduitas solidaret. Si tentatio importuna vndique nos cingit, & non ram robore, quā importunitate circundat, animaduertamus nos etiam esse veritatis scuto circundatos, quæ illam importunitatem, dæmonis impugnationem esse manifestat. Optimum scutum veritas, quo si ubique tentantur, ubique de tentatione monemur, ut molestanū illam sensib⁹ internis obiectam, muscam morientem esse scientes, à sacrificio mentis nostræ, manu discretionis abigamus.

Secunda tentatio, & dicitur dubia, illa est, qua ita animū ambiguitatis nubilo inuoluit, vt quid faciendū, aut quid fugiendū sit tenere omnino non possit. Sepe enim ex defectū luminis de rebus ad nos pertinentibus dubitamus, & malum quod futurum non est, tanquam iam imminens perimeſcimus. Et sicut, cū nō ētē modico lunæ, & stellarum lumine adiuti aliquid certius aliud esse, quām est, decepti iudicamus, & arborem cominus positam hominem ad nos venientem, rupem vero immotam feram esse in nos irruente timemus: ita prorsus animus quasi tenebris obuolutes corporis afflictionem suauissimos fructus ferentem, hostem putat, & illam nihil mali afferentem, nō quam, & salutē ad ferendum Domino necessaria aduersantem existimat. Lasciva igitur carnis desideria afflictionem corporis pertinet, & timores vani, conficiendi corpus eandem afflictionem auertunt, vnde homo quasi in biuio positus anceps est, quō vadat, & merita perdit, neficiens quō se verat. Euenitque illi, quod est in libro Iob: Cogitationes meæ varia succedunt sibi, & mens in diuerla rapitur.] Iam enim ob amorem profectus in salubrissimam partem inflectitur, & carnem castigare cogitat; iam vanus timor insurgens flagellum de manu præcipit, quo hostis ferendus eset, & bonum conceptum exequiverat. De quibus cogitationibus, & illud intelligi potest: Effusa est contemptio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.] Sanè principes isti nunc sint interna mentis dogitationes ac deliberationes, que nostris affectibus dominantur, & virtutum aciem aduersus hostiles vitorum exercitum instruant & docunt. Contemptio autem super principes istos effunditur, cū deficiente lumine in variis sententiis distracti, quid faciendū sit, nō inueniunt, & dum isti sententiam aliorū impugnant, ad inuicem se contemnunt. Qui prius errant in via, dum rationem excedendæ virtutis inuenire nesciunt, & postea errant in inuio, quia peccata quibus illigantur, non aduentunt. Hac tentatione pullati ad modum claudorum ambulant, qui cū ad bonum audent, fortiē vnum pedem figurū, cū vero retrocedunt, altero claudicantis effigiem extinxunt. Quibus conuenit illud Eli: V̄quequo claudicatis in duas partes?] Nunc enim in fetuorem propria conscientia instimulante

A] propendit, nunc in reporem vano timore pertigente declinant. Sed non simus iam partuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ, nec timeamus à timore nocturno, quem Dominus, nisi proterui esse velimus, veritate disficit, & quā puerilia & vana sunt, quae timemus, ostendit.

Ephes. 4.  
14.

Tertia tentatio subita est, quæ repente irruit, & nostram considerationem præuenit, & priusquam nobis consulamus, cor mortis telo transfigit. In quam tentationem l̄xe incauti & incircumscripti solent incidere. Dum enim sine ullo timore omnia luftant, domosque alienas sine præcautione penetrant, prius se in præcipitum prætæ actionis, aut præi consensu præcipitos vident, quām decipulam sibi à diabolo parataam aduersant. Excusant se miseri iam decepti verbis illis Ieremias: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: super montes persecuti sunt nos, in deserto infidili sunt nobis. Nam, & si (inquit) solicitudines nostra, quibus propriam salutem operabamur, aquilis possint comparari, aduersari tamen velociores exiterunt, qui in montibus, in vultu alienorum aspectu, ex quo nihil mali suscipi cabunt, & in locis occultis, quos bona intentione ingressi sumus, nos imparatos vulnerarunt. Sed immēritò infelices curam sue salutis cum aquila conferunt, quæ non more aquilæ pericula eminus posita vider, immē ad modum nocturæ, tendiculam ante oculos iactam videte & declinare contempsit.

Psal. 10.  
2.

Parant aduersari tui, (ō vita spiritualis cultor) sagittas suas, (id est subitas tentationes) in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, ] & tu non veris occulta petere, abscondita penetrare, & sine socio, sine teste in loca te occasionibus plena cōsicerere? Aduerte quia à tentatione subita in die irrumpe, id est, à te non quæsita, sed vltro se ingenerente, Dominus se tibi liberatorem promisit. Scuto, inquit, circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die.] Si vero tu sagittam, id est, tentationem subitam nō in die, nō in luce, nō in bono opere occupatus sustines, sed in nocte, & in occasionibus peccandi positus libenter expectas, non mirum si scutum veritatis nō te defendat, & à sagitta vulnereris. Fuge igitur occasiones peccandi, ne diabolus subito inurgens te præoccupet, & gratiam perdas, dum incaute tuam voluntatem exples.

Psal. 50.  
5. 6.

Quarta tentatio occulta est, quæ ita latenter ingreditur, vt in rebus agendis vel vitandis, quæ magnam diligentiam poscent, magnam negligentiam inducat. Hæc rem pernitiosam ad considerationem non afferit, ne omnino respuatur, aut ne debitu soliditudine reiūciatur. Hæc rem optimam, & magni momenti indiscretum relinquit, vt cursim, & festinante, & cum magnis imperfectionibus executioni mandetur. Illi autem vi huius tentationis illiduntur, qui fratrum nomen denigrant, qui suis dictis & factis alios scandalizant, qui similia mala perpetrant, & nunquā corrigitur, quia nunquā sua mala considerat. Illi etiā, qui rebus magnis, aut diuini cultus, aut gubernationis aliorū addicti sine debita cura, & diligentia eas peragūt, quia obligationē sui muneris non attendunt. Illi demū, quos diabolus cōmodis terrenis inseat, vt eorum suavitate harū culpæ degluriant, & mortem, quam deglutiunt, non sentiant. De qua tentatione Gregorius intelligit illud Iob: Abcondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.] In terra, inquit, pedica abconditur, cū culpa sub terrenis commodis occultatur. Inimicus quippe infidili ostendit humanæ menti in terreno iucro, quid appetat, & occultat peccati laqueum, vt

Iob 18.  
10.  
Greg. 14.  
mor. c. 7.

cius animam stringat: quatenus videat quid est, quod concupiscere valeat, & tamen nequaquam videat, in quo culpe laqueo pedem ponat. Et tunc ab antiquo hoste super semitam decipula ponitur, quando in actione huius mundi, quam mens appetit, peccati laqueo patatur, qua videlicet non facilè deciperet, si viderit potuisse. ] Hunc ergo laqueum occultum ex triplici, quem afflignauimus, fune contextum timebat David, quando dicebat: Ab occultis meis munda me. ] Occultam enim, & à se non cognitam plagam timebat, qui iam in aliquo gradu virtutis positus, peccata manifesta refutabat. Timebat & Paulus: Nam nihil, ait, mihi conscient sum, sed non in hoc iustificatus sum. ] Sanctus vero Iob remedium ad hoc malum vitandum exposcit. Quantas, inquit, habeo iniurias & peccata: Scelerata mea atque delicta mea ostende mihi. ] Psalmista quoque, dum ait: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. ] Et rursus: Illumina faciem tuam super seruum tuum: doc me iustificationes tuas. ] Dominus enim tunc lucernam nostram illuminat, cùm a scintilla discretionis nostra quasi operentem cinerem excutit, & tenebras nostras illuminat, cum mentem ignoracione suorum peccatorum cæcam, ad lucem scientie conuerterit: & faciem suam detegit, cùm viam suarum iustificationum ostendit. Qui & nostri depreciationibus provocatus medicinam huius morbi pollicetur, dicens: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die: à negotio perambulante in tenebris. ] Totum namque hoc negotium occultæ tentationis in tenebris agitur, quia in caligine & ignorantia mentis obtruditur, à quo tamen homo scuto veritatis, quæ lux est, omnes tenebras discutiens misericorditer liberatur. Nam si usque ad aduentum iudicis in tenebris maneat, & sine occultorum grauium paenitentia decadat, frustra in alia vita ad lucem cognitionis euigilat.

Quinta tentatio violenta est, quæ adeò fortiter & acriter impugnat, vt ab humana imbecillitate superari vix possit, nisi abundantissima gratia huiusmodi impugnatio resistat. Hanc passi sunt martyres tormentis, & morte ad deferendam fidem adacti. Hanc expertus est Beatus pater Benedictus, tam acribus carnis stimulis agitatus, vt neceſſe fuerit ad spinas, & tribulos, & ad remedia infusa confugere, & carnis præritum sanguine ex vulneribus erumpente suffocare. Quod si ad sacras litteras oculos conuerramus, non paucos ex viris iustis hac tentatione pulsatos cognoscemus. Nonne Paulus de hac tentatione conqueritur: cùm ait: Supra modum grauius sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos vivere. ] Et sanctus Daniel hanc eandem sentiebat; Ecce, inquit, ceperunt animam meam, irruerunt in me fortis. ] Patientem quoque Iob similis tentatio pulsabat. Ait enim: Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt. ] Nam sicut rupto muro, & aperta ianua ciuitatis, vix supereſt ſpes euadendi; ita hominis penè virtute sublata, & irruentibus hostibus, difficile est se in innocentia continere. At ille qui ostendit [negotium] perambulans in tenebris, etiam [ab incurſu], & tentatione violenta nos liberat. Quia optimè incurſus vocata est, quia nequaquam hostis in hostem eminus concipit, niſi impetu incurrit: & potius ſibi ipſi fuga consularet, niſi putaret ſe poſte violentia superare. Liberat igitur ab ea: quoniam ſi fortis est, qui in nos irruit, fortior est, qui nos defendit, & ſi quaſi violenter trahimur ad confitum peccati, potentissime

A ad sustinendum ſenſum, & negandum conſenſum adiuuamur.

Sexta tentatio fraudulenta eft, quæ animum decipit, & diuersis modis veritati intentum in errore pertinaciter figit. Sed quis has dæmonis fraudes enarrare sufficiet? Primo enim malum ſub ſpecie boni cooperit, & bibendum venenum ſub colore vini flauo & exhibitantis inducit. Iam animarum luca promittit, & inermes & imparatos ad bellum exire compellit. Iam in alio loco, aut in ſublimiori ſtatu, maiora spiritualis profectus augmenta proponit, & curantem ascendere in barathrum ſocordia decinet. Iam ſub desiderio exercendi talentum, ambitionem, ſub prætextu zeli, Prælatorum cōtemptum, & maiorum detractiones ſuaderet. Quid aduersus alios faciat, inquit Bernardus, quos vider omnino diligere inſtitiam, & odifſe iniuritatem? Quid niſi vt iniuritatem palliat virtutis imagine? Quos enim perfectos boni nouerit amatores, malum eis ſub ſpecie boni non mediocris, ſed perfecti persuadere conatur, vt citè confeſſiat, qui magnopere diligit bonum, & facile, qui currit, incurrat. ] Haec eſt via, quæ (iuxta Salomonem) videtur homini iusta, nouifima autem eius deducunt ad mortem. ] Haec eſt lingua illa dolofa, pro qua amouenda Psalmista deprecatur: Domine libera animam meam, à labiis iniquis, & à lingua dolofa. ] Lingua ſane plena fraudis & dolis eſt tentatio hec, que, ſicut iniuſtus venditor, mendacium pro veritate diuendit. Discamus, inquit Ambroſius, tentamenta diaboli plena eſt mendacij. Vix enim unum verum videtur ex iis, quæ pollicitus eſt, reliqua falsa composit. Quod Euæ tentatione conformat, quam hostis ad transgressionem præcepti amore deitatis adegit. Ut videlicet ſciamus, quod ipſe ſubdit, non facile, niſi quod diligentius pertraetauerimus, quod interiore probauerimus aſſectu, ad opus aliquod eſt ſumendum. Deinde alia fraudem dæmonis eſt, quod aliquando mentis oculos cæcat, vt hominem in peccata deiciat: aliquando prius appetitum inquietat, vt insurgente paſſione, velut quadam nube oculos internos occludat. Illud Gregorius in Samfone ſignatum exiſtimat, cui Allophylus prius [oculos eruerunt]. & postmodum mole depurant. Itud verò in Sedechia, cuius filios Nabuchodonosor ipſo præſente ſuſtulit, & [occifis filiis] oculos] miferi patris effodit. Sic prorsus fraudulentus hostis nos capere nititur, nunc priuatione lucis, nunc ablatione feruoris, vt mens ſoli conſiderationi intenta per tepiditatem cadat, & ſolis aſſectibus occupata, per defectum lucis in ſcopulum iniuritatis impingat. Tertiam quoque fraudem adiicimus, qua ſoleſ ſenſus deciperit, & conuenientibus obiectis emollire, vt mens ſuaibis ſibi nexibus capta, & quia dulci ſomno ſoporata, minime tentatori ſpolianti reſiſtar. Nam tela dæmonis, inquit Leo Papa, non ſunt aspera corporis ſenſibus, ſed nimium carni, vt animæ noceant, blandiuntur. Trahunt oculos ad variis tentationes, vt de mundi pulchritudine, aut concupiſcentia accendantur faces, aut ſuperſtitio num gignantur errores. Infidioso etiam ſono, & mollebus iſtibus pulsatur auditus, vt animi ſoliditas illecebra modulatione ſoluatur, & lethaliuſ conſuetudine ſua uitium incauta, & parum ſobria corda capiantur. ] Haec Leo. Sed quid ego? Nunquid exiſtimo in iuuenſos diaboli dolos poſte detegi, & a me breui charta circumſcribi? Ab his igitur ſuperſedendum eſt, ne aut lectorē innumeris ſuorum hoſtium fraudibus legendis oneremus, quas partes, (præfertim magnus Antonius) variis locis expoſuerunt, aut nos aliiquid ſupra vires praefumamus. Sed certe vnam

Bern. fer.  
6. in Pſal.  
qui habi-  
tat.

PROM. 14.  
12.  
Pſal. 119.  
2.

Ambr.  
lib. de pa-  
radiso. c.  
13.

Gen. 3. n.  
5.

Greg. 7.  
mor. cap.  
13.  
Iudic. 16.  
21.  
teremia  
39. 6. &  
7.

Leo fer. 4.  
de ieju-  
mo ſep.  
menſis.

Refert  
Athana-  
ſius in vi-  
ta ſermo  
nemeiuſ.

non

Gregor. 3.  
moy. c. 16.

Job 1. 5.

Bern. ser.  
64. in  
Cant.Psal. 90.  
n. 6.Bern. ser.  
33. in  
Cant.Psal. 68.  
11. c. 16.Matt. 14.  
n. 31.2. Cor. 7.  
5.Judith  
13. 17.Psal. 90.  
7.Job 30.  
17.

non præteribo, quam Gregorius his verbis explanat. Sæpe antiquus hostis, postquam menti nolam tentationum certamen infixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut illata malitia finem præbeat, sed ut corda, quæ per quietem secura redidire, repente rediens, facilius inopinatus irrumpat.] Id sanè in Job videmus impletum, quem prius diuitis spoliauit, filii orbauit, postea vero ad carnem plagi consciendam expetit. Nec enim cessat aliquando, quia cesser eius odium in nos, sed quia dum cesser, mentem securam reddit, ut tentationis oblitam acris impugnet. Ecce vulpes parvula, id est, tentationes fraudulentas, quæ (authore Bernardo) demoliuntur vineas, quæ non tam occidentæ, quæ capienda, id est, detegendæ sunt, quoniam eo ipso quod cognoscuntur, parvo negotio eliminantur. Ecce fraudes dæmonis, à quibus etiam Christus scuto veritatis nos liberat, quo etiam à dæmonio meridianamente protégimur.] Dæmonium enim meridianum, ut etiam Bernardus annotavit, est tentatio sub specie boni, aut quilibet tentatio fraudulenta, quam verus meridianus oriens ex alto deuincit, dum luce sua verum aperit, & falso conuncit & prodit.

Septima tentatio perplexa est, quæ sub uno eodemque tempore multis, variis, & pene contrariis virtutis impugnat, ut miser animus vnde bellis cinctus, vnde vni acris resistere nititur, inde in aliud, quod non timebat, lucretia collisione labatur. Est hæc tentatio sicut ex contraria ventis orta implacabilis, & saeva tempestas, quæ solet momento nauim absorbere, & factio in mari quasi vndarum hiatu, fluctuantem cymbam in ima demergere. Ita prorsus anima, oppositus impugnata virtus, & ad contraria peccata vehementer impulsa, mirum est si naufragium effugiat, & non in profundum alicuius peccati descendat. Hanc quidem tentationem præuidebat David, cum dicebat: Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab his, qui oderunt me, & de profundiis aquarum. Non me deremgarat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum; neque vrgeat super me putes os suum.] Solent enim aliquando viatores in loca canosa, nescientes incurrere, & ita cœno & luto vndequeaque circundari, ut omnino deficiant, quæ possint sine casu ad terram solidam deuenire. Sic Propheta vndeque luto tentationum confessus, postulat ab eripi, qui solus fuit potens Petrum penè submersum, ab aquarum vorticibus liberare. Paulus autem expertus est eam, nam & ait: Nam & cùm venissimus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugna, intus timores. ] Vide perplexitatem eius, qui foris non una pugna, sed multis variisque pugnas, & intus non uno timore, sed multiplicibus timoribus vrgebatur. Non tamen deseruit iustum Deus. Vnde subdit: Sed qui confortatur humiles, consolans est nos Deus. Et ut hunc non deseruit, ita neminem [in se sperantem] derelinquit.] Immo se affuturum pollicetur, dicens: Caudentia latere tuomille, & decem millia à dextris tuis.] Si enim in aduersitate positos nos mille tentationes infestent, & in prosperitate collocatos decem millia tentationum infestant, ille nobis aderit, ille nos tuebitur atque defendet, qui scit aduersus deprimentiibus per patientiam mederi, & prospera per superbiam efferentia multiplici humiliatis occasione superare. Si [nocte] huius vita [os] nostrum, id est roturamentis [perforatur] doloribus, & hostes, [qui nos comedunt] atque dilacerant, [non dormiunt,] neque quiescent. Si in multitudine eorum consumitur vestimentum nostrum, illud scilicet quo anima ope-

A ritur ex multiplici virtute contextum, & quasi capitulo tunicae succinxerunt nos, ut pene suffocati clamare ad Dominum, & auxilium poscere nequeamus, nequid deponendus est animus, quia liberator noster [effundet] frumenta [potentia] sua, quam habebat veluti vaginae conculam, & concludet atque obsidebit eos, qui omni ex parte obsidebant nos. Eos in qua obsidebit, ut perdat, ut procul à nobis arceat, & ut salvator noster effectus, certissimam victoriæ citò affuturam promittat.

Ad hanc septemplicem tentationem possumus vniuersas tentationes sive mundi, sive diaboli, sive carnis reuo care, aut enim tentatio sine cessatione impugnat, & importuna est: aut ambiguitatem gerum agendarum, vel omittendarum inducit, & dubia est: aut repente irruit, & subita est: aut negligientiam in rebus magni momenti gignit, & occulta est: aut omnes vites humanas ablumit, & violenta est: aut sub specie boni, vel alia ratione seducit, & fraudulenta est: aut ex variis & oppositis impugnationibus constat, & perplexa est. Et de quolibet peccato potest uno ex his modis seorsum, vel omnibus simul noster aduersarius tentare, & nunc quasi uno armorum genere aduersus nos agere, nunc vero arma vniuersa misere. Quibus tamen omnibus repellendis unum scutum veritatis sufficit, quæ mentem erudit, & unum auxilium diuinæ gratiæ, quæ candem iam veritatem eruditam roboret, & ad resistendum inflamat. Si diabolus ad unum peccatum, ut ad immoderatam iram, subito moueat, & importune instet, & violenter ascendat, & resistendi negligientiam generet, & malitiam indignationis inuoluit, & praetextu zeli defendat, & variis tentandi artes immiscat, vna gratia, quæ constans est contra importunitatem, certa contra dubietatem, prouida contra repentinum insultum, diligens contra negligentiam, robusta contra violentiam, clara contra fraudulentam, & virtute multiplex contra perplexitatem, potest hos omnes conatus evenertere, & nos ab omni casu liberare. Adit mihi Dominus potentia gratie sua, quia si confundant aduersum me casta, non timebit cor meum; si exurgat aduersum me prælum, in hoc ego sperabo. ] Omnia tentationum bella, & omnes aduersarij, ut me conterant, potenter insurgant, nam hoc auxilio fultus, delicio eos, ut pulucrem terre, qualiuam platearum comminuam eos arque confringam.] Nam & Dominus obid multa bella nos molestat permitit, ut multa merita conqueramus, & multiplici in suo regno, corona donemur.

Psal. 34.  
3.Psal. 26.  
3.2. Reg.  
22. 43.

## De generalibus remedijis tentationum.

## CAPVT. X.

**G**ENERALES tentandi rationes generalia remedia sequantur, ut aciem horum omnibus machinis ad nocendum instruam fortior, & paratori cumulus remediorum excipiat. Quæ generalia dicuntur, non quia ipsa specialia non sint, satisque ad resistendi opus accommoda; sed quia cuilibet tentationi depellendæ deserunt, & nulla est tam noua, aut peregrina tentatio, cui non facile aliquod ex subiunctis remedii oblistat. Licet autem eadem ferè sint remedia curandarum tentationum & pellen dorum vitiorum, & de his supra non pauca dixerimus, hic tamen iam dicta, aut omnino prætermittentes, aut breuissime attingentes, ad alia, quæ commemorata non sunt, exponenda festinabimus. De

his